UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum Quanta abstractio requiratur ad hoc, quòd intellectus Deum per essentiam videre possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72780

Visual Library

aliquas: sed per solam essentiam verbi, tamen ex ipsa aspectione verbi imprimebantur in intellectu quædam rerum visarum similitudines, quibus postmodum cognoscere poterat ea, quæ prius per essentiam verbi viderat, & ex illis speciebus intelligibilibus per quandam applicationem ad particulares intentiones, vel formas in memoria, vel in imaginatione conseruatas, postmodum poterat memorari eorum, quę prius viderat etiam secundum actum memorię, quę est potentia sensitiua. & sic non oportet ponere, quod in ipso actu diuinæ uisionis aliquid fieret in eius memoria, quę est pars potentiæ sensitiuæ: sed solum in mente.

Ad v. dicendum, ꝙ q̃uis non per quemlibet actum imaginatiuæ virtutis fiat abstractio a sensib. exterioribus; fit tamen abstractio prædicta qñ actus imaginationis est vehemens. & similiter non oportet, quod per quemlibet actum ītellectus fiat abstractio a sensibus; fiet tamen per actum uehementissimum, qui est uisio Dei per essentiam.

Ad vi. dicendum, quod quamuis naturale sit intellectui humano, quod quandoque ad uisionē diuinæ essentiæ perueniat: non tamen est sibi naturale, quod ad hoc perueniat secundum statū uiæ huius, ut dictum est, & ꝓp hoc ratio non sequitur. In corp. ar.

Ad vii. dicendum, quod intelligentia nr̃a qua diuina apprehendimus, quamuis nō commisceat sensibus per uiam apprehensionis, admisceatur tamen eis per viam iudicij. Vnde dicit Au. 12. super Gen. ad literam, quod per intelligentię lumen ēt ista inferiora diiudicantur, & ea cernuntur quę neque sunt corpus, neque ullas gerunt formas similes corporum & ideo intelligentia quandoque a sensibus abstrahi dr̃, cum de eis non iudicat, sed solis: supernis inspiciendis intendit. Cap. 24. in prin. tom. 3

Ad viii. dicendum, quod substantia beatitudinis sanctorum, in uisione diuinæ essentiæ consistit. Vnde dicit Aug. quod uisio est tota merces. unde ex hoc quod diuinam essentiam uidit, potuit esse illius beatitudinis idoneus testis. Nec tamē oportuit, quod omnia in se experiretur, quæ beatis inerunt, sed ut ex his quæ experiebatur etiam alia scire posset. Non enim rapiebatur, ut esset beatus, sed ut esset beatitudinis testis. 1. de Tri. c. 8 a med & c. 23. co. 2

D. 847. Ad ix. dicendum, quod dd martyres in tormētis existētes ꝓcipiebant aliquid de diuina gloria, nō quasi eam in suo fonte bibentes, sicut illi qui Deū per essentiam uident, sed aliqua illius gloriæ aspersione refrigerabantur. Vñ dicit Aug. 12. sup Gen. ad literam, ibi. subi Deus per essentiam ur̃, beata uita in suo fonte bibitur. Vnde aspergitur aliqd huic humanæ uitæ, ut in tentationib. huius sæculi temperanter, iuste, fortiter, prudenterque videtur. ca. 16. a me. tom. 3.

Ad x. dicendum, quod intellectus speculatiuus non cogitur, ut attendat his, quæ circa sensibilia aliquis operatur, sed potest circa alia intelligibilia negotiari. Tanta tamen potest esse in actu speculationis vehementia, quod omnino a sensibili operatione abstrahētur.

Ad xi. dicendum, quod quamuis in illo actu Paulus habuit habitum fidei: non tamen habuit actum.

Articvlvs iiii.

Quęnā abstractio requiratur ad hoc, quod intellectus Deum per essentiam uidere possit.

2. 2. p. 75. 2. 4 Qvarto quæritur, quanta abstractio requirit̃ ad hoc, quod intellectus Deum per essentiā videre possit. & videtur quod requirat̃ abstractio ab ipsa vnione, qua aīa corpi vnit̃, vt forma. vires F animæ uegetabilis sūt magis materiales, q̃ uires sensibilis aīæ: sed ad hoc quod intellectus uideat Deum per essentiā, oportet, ꝙ fiat abstractio a sensib. vt dictum est. ergo multo fortius ad puritatem illius visionis requirit, quod fiat abstractio ab actib. animæ uegetabilis: sed hæc abstractio non pōt fieri ī statu aīalis uitæ, q̃diu aīa corpori vnitur, vt forma: q̃a, ut dicit Phil. nutriuntur animalia semper. ergo ad uisionē diuinę essentiæ requirit̃, quod fiat abstractio ab vniōe, qua aīa corpori vnit̃, vt forma.

¶ 2 Præt. Exo. 33. super illud, Non uidebit me hō & viuet, dicit glo. Aug. oñdit huic uitę corruptibili carnis, Deum sicut est, appetere non posse. In illa tñ uita potest, ubi, vt viuatur, huic uitę moriendum est. & gl. Gre. Ibidem, Qui sapiētiam q̃ Deus est, uidet, huic uitę funditus moritur; sed mors est per separationem animæ a corpore, cui vniebatur ut forma. oportet ergo fieri separationē o mōda corpore ad hoc, quod Deus per essēriam videatur. G

¶ 3 Præt. Viuere uiuentib. est esse, ut dr̃ 1. de Anima: esse autem hominis uiuētis est per hoc, quod anima corpori unitur, ut forma. sed Exo. 33. dicit̃ non uidebit me homo & uiuet. ergo quamdiu aīa corpori unitur, vt forma, nō potest per essentiam Deum uidere.

¶ 4 Præt. Fortior est vnio qua unitur anima corpori, ut forma, quam illa qua unitur e, vt motor, ex qua unione prouenium operationes potentiarum per organa corporea operantes: sed hæc secunda vnio ipedit visionē diuinę essentię, rōne cuius oportet, ꝙ fiat abstractio a sensib. corporeis, ut dictum est. ergo multo fortius hæc prima unio impedier, & sic oportebit ab ea abstractionem fieri. H

¶ 5 Præ. Potentia non eleuatur supra modum essentiæ, cum potentia ab essentia fluat, & in ipsa radicetur. si ergo essentia animæ fuerit corpori materiali unita, ut forma, non poterit esse, quod intellectiua potentia ad ea quę sunt omnino immaterialia, eleuetur, & sic idem quod prius.

¶ 6 præt. Maior impuritas contrahitur in anima ex coniunctione ipsius ad corpus, quā ex coniunctione similitudinis corporalis ad ipsā: sed ad hoc quod mens Deum p essentiam uideat, oportet eā deputari a similitudinib. corporeis, quę apprehenduntur per imaginationem & sensum, ut dictum est. ergo multo fortius oportet animam a corpore separari ad hoc, quod Deum per essēriam videat. I

¶ 7 Præt. 2. Cor. 5. dicitur, quamdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino: per fidem. n. ambulamus & non per speciem. ergo quandiu est anima in corpore, non potest Deum in sua specie videre.

Sed contra, Exo. 33. dicit glo. Greg. super illud, Non uidebit &c. A quibusdam in hac carne uiuentib. sed inæstimabili uirtute erescentib. pōt æterna uideri claritas Dei: sed claritas Dei est eius essentia, ut in eadem glossa dicitur. ergo ad hoc qd essentia Dei uideatur, non oportet quod fiat omnimoda separatio animæ a corpore. K

¶ 2 Præt. Aug. 9. super Gen. ad lit. dicit, quod aīa rapitur nō solum ad uisionem imaginariam: sed ad intellectualem, qua ipsa ueritas perspicue cernitur, facta auersione a sensibus minus quam in morte: sed plusquam in somno. ergo ad uidendum meliorem statum increatam, de qua Aug. ibi loquitur, non requiritur quod fiat abstractio ab vnione, qua anima corpori unitur, ut forma.

¶ 3 Præ. Hoc idē patet per Au. in epistola ad Paulinā de uidēdo Deū, Nō est ingt incredibile quidam

dam sanctis, nondum ita defunctis, vt sepelienda cadauera remanerent etiam istam excellentiam reuelationis fuisse concessam, vt s. Deum per essentiam viderẽt. ergo anima potest Deum uidere adhuc corpori vnita, vt forma.

RESPON. Dicendum, quod ad visionem diuinę essentiæ, quæ est actus perfectissimus intellectꝰ requiritur abstractio ab illis, quæ vehementiã intellectiui actus nata sunt impedire, & per eam impediuntur. hoc autem in quibusdam contingit p se, in quibusdam per accidens: per se quidem impediunt se inuicem intellectiuæ & sensitiuæ operationes; tum per hoc quod in vtrisque operationib. oportet intentionem esse; tum etiam, quia intellectus quodammodo sensibilibus operationibus admiscetur, cum a phantasmatibus accipiat, & Ar. præced. ita ex sensibilibus operationibus quodammodo, intellectus puritas inquinatur, vt prius dictũ est: sed ad hoc quod anima corpori vniatur, vt forma non requiritꝫ aliqua intẽtio cũ, hæc vnio non dependeat ex uoluntate animæ; sed magis ex natura. Similiter ex tali unione puritas intellectus dirẽtè non inquinatur. Anima enim non vnitur, corpori, ut forma mediantibus suis potentiis: sed per essentiam suam, cum nihil sit medium inter materiam & formam, ut probatur in 8. Met. Nec tñ essẽtia animæ, ita corpori vnitur, quod totaliter corporis cõditionẽ sequatur, sicut alię formę materiales, quę sunt omnino in materia quasi submersę, intantum quod nulla uirtus aut actio ex eis prodire potest nisi materialis. Ab essentia vero animę non solum procedunt quædam uires, seu potẽtiæ quę sunt quodammõ corporales, utpote corporeorum organorum actus existentes. s. uires sensitiuæ & uegetatiuę: sed uires intellectiuæ, quę sunt penitus immateriales, nullius corporis aut partis Com. 6. 2. corporis actus existẽtes, ut probatur 3. de Anima. vnde patet quod uires intellectiuæ non procedũt ex essentia animæ ex illa parte, qua est corpori unita; sed magis secundum hoc quod remanet a corpore libera, utpote ei nõ totaliter subiugata. & sic unio animę ad corpus non pertingit usque ad operationem intellectus, ut possit eius puritatẽ impedire. unde per se loquendo ad operationem intellectus quantumcumque intenditur, non regritur abstractio ab illa unione, qua anima corpori unitur, vt forma. Similiter nec requiritur abstractio ab operationibus animæ vegetabilis. Operõnes. n. huius partis animæ sunt quasi naturales, q̃ patet ex hoc quod complentur uirtute qualitatũ actiuarũ & passiuarum. s. calidi & frigidi, humidi Cal. to. 5. & sicci. Vnde nec rationi, siue uoluntati obediũt, ut pater in 1. Eth. & sic patet quod ad hmõi actiones non requiritꝫ intentio, & ita per earum actus non oportet intentionẽ auerti ab operatiua. Similiter nec operatio intellectiua aliquo mõ hmõi operõnibus admiscetur, cum neq; ab eis accipiat, pp hoc quod nõ sunt cognoscitiuæ, neque instrũ aliquo corporeo utaꝫ intellectus, qđ oporteat per operõnes aĩæ uegetabilis sustẽtari, sicut accidit de organis potentiarum sensitiuarum. & sic puritati intellectus nihil p̃iudicat per operationes aĩæ uegetabilis. Vñ patet, quod per se loquẽdo operõ aĩę uegetabilis, & operatio aĩæ intellectiuæ non se impediunt. Per accidens tñ p̃t ex altera alteri impedimentũ puenire, in q̃tum. s. intellectus accipit a phãtasmatib. q̃ sunt in organis corporalib. quę oportet p actũ uegetabilis aĩę nutriti & cõseruari: & sic p actus nutritiuæ potẽtiæ eorũ dispõ uariaꝫ,

A & per consequens operõ potentiæ sensitiuę, a qua intellectus accipit. & ila per accidens ipsius intellectus operatio impeditur, sicut patet in somno, & post cibum. & econuerso per hunc modum operatio intellectus impedit operationem animæ vegetabilis, inquantum ad operationem intellectus requiritur operatio imaginatiuę virtutis, ad cuius vehementiam oportet caloris & spirituum cõcursum fieri, & sic impeditur actus virtutis nutritiuę per vehementiam contemplationis: sed hoc non hẽt locum in illa cõtemplatione, qua Dei essentia vĩ, cum talis contemplatio imaginationis operatione non egeat. & sic patet qđ ad videndũ Deum per essẽtiam nullo modo requiritur abstractio ab B actibus animæ vegetabilis, nec aliqua eorum debilitatio: sed solũ ab actib. sensitiuarum potentiarũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis potentiæ animæ vegetabilis sint magis materiales, quam potentiæ animæ sensitiuæ: tamen cum hoc sunt magis ab intellectu remotæ, & sic minus possunt impedire vehementiam intellectus, vel impediri ab ea.

AD II. Dicendum, quod viuere dicitur dupliciter. Vno modo, ipsum esse viuentis, quod relinquitur ex hoc, quod anima unitur corpori, ut forma. Alio modo, ponitur viuere pro operatione uitæ: & sic distinguit philosꝰ. in 2. de Anima uiuere Com. 13. c. 2. per intelligere & sentire, & alias animæ operationes. & similiter cum mors sit priuatio uitæ, oporC tet, quod similiter distinguatur, ita quod quãdoq; designet priuationem illius vnionis, qua aĩa corpori vnitur, vt forma, aliquando vero priuationẽ operum vitę. Vnde Augustꝰ. super Gen. ad literam li. 12. c. 27. ab hac uita, inquit, quisque quodammodo moritur: siue omnino exiens de corpore: siue auersus & alienatus a carnalibus sensibus. & sic accipitur mori in golosis inductis: quod patet ex hoc quod subiungitur in glo. Grego. Qui sapiẽtiam, inquit, qui Deus est, uidet huic uitæ, funditus moritur, ne eius amore teneatur. & per hoc patet solutio ad tertium. circa finem illius to. 3.

AD IIII. Dicendum, quod ex hoc ipso, quod illa vnio qua anima unitur, ut forma est fortior, seD quitur quod ab ea minus possit fieri abstractio.

AD V. Dicendum, quod ratio illa recte concluderet si essentia animæ, ita corpori uniretur, quod esset omnino corpori subiugata, quod falsum esse iam diximus.

AD VI. Dicendũ, q̃ similitudo corporalis, qa requiritur ad operationẽ imaginationis & sensus: licet sit immaterialior quam ipsum corpus: tamen est uicinius se habens ad operationem intellectꝰ: & ita magis eam impedire potest, vt dictum est.

AD VII. Dicendũ, q̃ verbum apostoli intelligendum est s̃m quod dicimur esse in corpore, nõ solum ex hoc quod anima corpori unitur ut forma: E sed etiã ex hoc, quod corporeis sensibus utimur.

ARTICVLVS V.

Quidnam in raptu Paulus sciuerit, vel nesciuerit.

QVINTO quæritur, quid est illud, quod Apost. 2. 2. q. 175. circa raptum suum sciuit & quid nesciuit. & art. 6. uidetur quod sciuerit, an anima eius esset in corpore. Ipse. n. melius hoc sciuit, quam aliquis sequẽtium: sed cõmuniter a multis determinatur quod anima Pauli in isto raptu corpori eius vniebaꝫ, ut